

Joachim Stockmann

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Med.
D. & Profess. Ad Exequias Quas ... Puerulo Joanni Niebaurn/ Parentes
moestißimi hodie ... paratas cupiunt Omnes & singulos Universitatis Cives ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493424>

Druck Freier  Zugang




Stockman, J.,
in
J. Niebaur.

Rost. 1643.

3.





PROGRAMMA,

QUO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMVS

STOCKMAN,

Med.D. & Profefs.

AD EXEQVIAS

Quas

Mellitissimo ac optima Spei Puerulo

JOANNI Niebauru

Parentes mestissimi hodie horâ primâ in templo
Mariano, paratas cupiunt

Omnes & singulos Universitatis Cives
Officiose ac sedulo invitât.



ROSTOCHII,

apud NICOLAI KILI I, Academie Typographi.

ANNO M. DC. XLIII.

PROGRAMMA

1770

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

IOACHIMVS

STOCKMAN,

Med. D. & P. P. Rostoch.

AD E. G. V. S.

Quis

Medicinae acquirere per Praes.

IOANNI BUCHHEIM

Parentes medicum hodie hunc primum in Rostoch.

Universitatis Rostochiensis

Omnes & singulos Universitatis Rostochiensis

Officose a seculo invitat.



ROSTOCH.

THE ROYAL K. & M. S. LIBRARY
ANNON D. 1770





Eliciter navigavit
suavissimus & lei-
tissimus Puerulus,
JOANNES **NZC**

BABX / qui tra-

jecto tam pericu-
loso pelago, ad tam fidam stationem
appulit, & lubricis poplitum inter-
nodiis, quamvis nondum satis soli-
datis ad portum æviternæ beatitatis
properavit; fortiter parvulus licet,
militavit, qui devicto tam atroce
hoste, potitus est victoriâ adeò glo-
riosâ; sapienter infantulus licet, pe-
regrinatus est qui relictâ terrâ, quam
nondum annum incoluit, cœlum
asseqvutus est pro domicilio, & vitâ
æternâ perfruens terram infra se

contemnit! Terram omnis vanitatis,
miseriarum, inquietudinis abyssum!
Punctum illud ferrô flammisq; divi-
sum, â ferocitate, arrogantia & Fu-
riis omnibus undiq; obsessum. In
quô, quantillum id est vel fluxæ vo-
luptatis, vel lucri perituri quod tam
avidè venamur. & cui tam anxie in-
hæremus? Hic nos vesana omnium
scelerum cupido occupatos detinet.
Hic opes alius ambit, alius præda-
tur. Dignitates alius sitit, alius adi-
piscitur; scilicet ut miserè vivat mi-
serius moriatur. Hic cruenta repa-
ramus ac renovâmus bella, & fune-
stis cædibus angustum dilatamus so-
lum. Hic qui amplissimè partes or-
bis metatus fuerit, & ad avaritiæ in-
satiabilis modum terram propaga-
verit, quam tandem ejus portio-
nem defunctus obtinebit?

O VANITAS

O vanas hominum mentes, cœlestium ivanes!

O delirantem sapientiam quæ tanto robore in tam exili spaciolo ingentes nugas machinatur! Melior fors beatissimi infantuli, nunc ne intuitu quidem suo dignantis totum hunc mundi ambitum, cujus non mediocrem partem Romani vicerant, summisq; viribus M. ALEXANDER subjugavit; Felicior conditio JOANNIS **NZEBARN** / eam sui discessus horam, quam nos tristem ac infestam arbitramur faustissimam sibi decernentis. Qui in communem hanc viventium societatem ingressus fuit die 9. Februarij, Anni hujus 1643, ad finem vergentis. Patre Viro Clarissimo & Consultissimo DN. JOANNE **NZEBARN** J. U. D. amico nostro colendo. Et Matre ELISABETHA **KRUGER** lectissima fœminâ Avo paterno JOANNE **NZEBARN** Cive & negotiatore Butzoviense, quod est in viciniâ oppidum Episcopale, Aviâ paternâ eodem in loco Matronâ honestissima ELISABETHA **Knorren**. Avo materno PETRO **Krügern** / Administratore dū viveret Arcis & Præfecturæ, in hac nostrâ Megapoli Ivenacensis, Aviâ Maternâ **Zsabe Hasen** / non pridem religiosè hic mortalita-

D 3

tem

tem deponentē. Proavo paterno NICO-
LAO Niebaur/ Cive itidē Butzoviense. Pro-
aviā paternā ANNA Krügers. Proavo deniq;
materno PETRO Krüger Cive Butzoviense.
Hæc fuit fors, hæc series honestissimorum ac
eximiorum progenitorum infantuli, mox ut
hunc solem salutavit SS. Baptismi mysterio
ritu Christiano initiatus, & Ecclesiæ Salvatoris
nostri insertus; quem nisi terris invidisset O-
lympus, de eo gloriari & bono jure gratulari
sibi potuissent afflictissimi hodie, secundâ vi-
ce, parentes; eumq; ad virtutes egregias ve-
lut charissimum pignus sedulo educari cu-
rassent, nisi cœlo receptus jam mortalium re-
rum sollicitudinem procul à se abdicasset;
qui cum vixisset integros decem menses cum
summâ parentum expectatione, 27. mensis
præteriti Novembris correptus variolis, teter-
rimâ lue & haut ulli morborum monstro se-
cundâ, h. t. per hanc Civitatem perniciosè
grassante, 7. die hujus mensis Decembris, in-
ter septimam & octavam vespertinam in bea-
torum collegium allectus est inclytus Infans,
Spiritus reddens cœlo, unde (velut dilectum
pignus) in terras erat transmissus. Quamvis
autem mœstissimi parentes gravi vulnere af-
fecti


fecti estis ex tam jucundi Infantuli secundò
geniti amissione, nondum oblivioni mandan-
tes obitum, scitissimæ puellæ CATHARINÆ
ELISABETHÆ Niebaurn/filiolæ primogeni-
tæ, post quatuordecim septimanas vitæ ca-
ducæ, Anno 1641. undecimo die Decembris,
inter mortales esse desinentis, ac se citissimè
consuetudini cœlestium immiscentis: Gra-
tulemini potius beatitati utriusque, memori-
am dulcissimi hujus paris piæ & inviolatè ve-
nerantes, quod Vos jã inter beatissimas men-
tes ad clepsydram æternitatis præstolatur.
Colligite & componite mentes vestras, ut co-
gitetis Divini Numinis voluntate, quidquid
factum est evenisse. DEUS est, qui vitam,
mortesq; tam infantibus quam senibus. prò
arbitrio dispensat. Ei consilij sui rationes
probè constant: quas quia mutare aut corri-
gere est nefas, feratis oportet animo placido
& non reluctante. Vos verò Cives Universi-
tatis, officiosè ac amanter invito, ut corpus-
culum infantuli hujus, diversorium insignis
animulæ, hodiernâ die, ad horam primam, in
Templo Mariano, tumulo componendum,
præsentiâ vestrâ, frequenti comitatu exorne-
tis, tamq; charo puerulo supremum humani-
tatis


tatis officium lubentes elargiamini; lenientes per hoc eximium favoris documentum. Clarissimi & Consultissimi Parentis, amici nostri colendi tristem casum quem emendare aut tollere non valetis. P.P. sub Sigillo Universitatis II. Decembr. Anno D.

1643.

*Conventus erit in Templo Mariano
circa horam primam.*









O vanas hominum mentes, caelestis!
O delirantem sapientiam quae
in tam exili spaciolo ingentes
natur! Melior fors beatissimi in
ne intuitu quidem suo dignanti
mundi ambitum, cuius non me-
tem Romani vicerant, summis
ALEXANDER subjugavit; Fe-
tio JOANNIS *NEBAX* / e-
sus horam, quam nos tristem a-
bitramur faustissimam sibi decem
in communem hanc viventium
ingressus fuit die 9. Februarij
1643, ad finem vergentis. Patr-
simo & Consultissimo DN. JO-
NEBAX J.U.D. amico nostro
Matre ELISABETHA *NEBAX*
sima foeminâ Avo paterno JO-
NEBAX Cive & negotiatore
quod est in viciniâ oppidum
Aviâ paternâ eodem in loco Ma-
tissima ELISABETHA Knor-
terno PETRO *Krügern* / Admi-
viveret Arcis & Praefecturae,
Megapoli Ivenacensis. Aviâ M-
Hasen / non pridem religiose h-

D 3

